



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 5. Fidei professio ab hoc Patriarcha facta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

Sæc. XVI.  
AC 1553.

stea vero in pleno Patrum Senatu ei-  
dem *Pallium* tradebat, ac denique die  
decima septima Mensis Aprilis illum am-  
plissimis muneribus locupletatum in pa-  
triā remittebat, adjunctis quibusdam  
Religiosis Syri sermonis, ac Ecclesiae  
Romanæ rituum peritis, ut hi fidem  
Catholicam eo facilius in hasce regio-  
nes propagarent.

### §. V.

#### *Fidei professio ab hoc Patriarcha facta.*

*Onuphrius  
l. c.  
Roynaldus  
n. 44.*

Ceterum fidei professio, quam Sulaka  
Patriarcha summo Pontifici porre-  
xerat, tredecim complectebatur arti-  
culos, in quorum primo. „Profiteba-  
„tur Deum in natura unum, atque in  
„Personis trinum, Spiritum Sanctum  
„quoque a Patre, Filioque tanquam  
„principio procedentem II. Credebat,  
„quod unigenitus Dei Filius Patri con-  
„substantialis, semperque cum Patre,  
„& Spiritu existens in plenitudine tem-  
„poris incarnatus sit de Spiritu Sancto  
„in immaculato Beatæ Virginis utero.  
„III. Profitebatur, quod Dei Filius  
„ex Maria semper Virgine, ac vera  
„Dei Matre natus, vere passus, mor-  
„tuus, & sepultus fuerit, vereque cum  
„anima descenderit ad inferos ad libe-  
„ran-

Sæc. XVI.  
A.C. 1553.

„randum Patres , ac subinde vere ex „mortuis surrexerit , & per quadraginta dies Apostolos docuerit , moxque „ad Cœlos ascenderit , sedens ad dexteram Patris IV. Fatebatur , quod nul- „lus unquam homo fuerit salvatus , nisi „per fidem Christi Mediatoris in sanguine , & morte ipsius. V. Admittebat , quod omnia legalia præcepta „Veteris Testamenti , seu legis Mosaicæ „adveniente Christo cessaverint , & jam „promulgato Evangelio servari non pos- „sint sine amissione salutis æternæ. Con- „sitebatur etiam Patriarcha hic septem „Sacramenta , eorumque materiam , for- „mam , & Ministrum , qui facere inten- „dit , quod facit Ecclesia. VI. Assere- „bat , quod purgatorium , in quo animæ „post mortem purgantur , detur , ac pro- „sint defunctis vivorum suffragia , ac „Missæ Sacrificia , orationes , & ele- „mosinæ : illorum autem animas , qui „post Baptisma suscepimus nullam om- „nino peccati maculam habent , mox „in Cœlum recipiendas dicebat , ubi vi- „sione beatifica fruuntur , animas ve- „ro eorum , qui in actuali gravi pec- „cato , vel cum solo originali decedunt , „mox descendere in infernum confite- „batur , ubi tamen disparibus pœnis „punirentur. VII. Acceptabat Sym- „bolum Nicænum. VIII. Necnon Cano-

M m 3                    „nem



Sæcul. XVI. „nem librorum Sacræ Scripturæ , eo  
A.C. 1553 „modo, quo illum nos hodie dum ad-  
„mittimus, libri tamen Esdræ nullam  
„faciebat mentionem. IX. Tanquam  
„Orthodoxum amplectebatur, quicquid  
„in prima Synodo Nicæna fuit defini-  
„tum X. Approbabat pariter quartum  
„Concilium generale Chalcedonense,  
„damnabatque Eutychetis, & Diosco-  
„ri hæresin. XI. Recipiebat primam  
„Synodum Ephesinam , ac reiiciebat  
„Nestorianam hæresin unacum ejus Au-  
„thore Nestorio. XII. Suscipiebat o-  
„mnia alia Concilia, quæ Romana Ec-  
„clesia recipit , damnabatque omnes  
„hærefes , quas illa condemnat: quic-  
„quid vero hæc tenet , etiam a se cre-  
„di dicebat. Denique XIII. Se vene-  
„rari fassus est sedem Apostolicam, pri-  
„matum Pontificis , huncque agnosce-  
„bat tanquam Divi Petri Successorem,  
„ac verum Christi Vicarium , eique,  
„atque illius Successoribus obedientiam  
„spondebat. Hanc fidei confessionem  
Patriarcha summo Pontifici obtulit  
die decima quinta Februarii.

## §. VI.

*Patriarchæ Antiocheni Orator a Pa-  
pa exceptus.*

**S**ub idem ferme tempus Julius Papa  
pariter quemdam Assyrium Jacobi-  
tam